

PREFACIO DE NAVIDAD

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapíamur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militía cœléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, pues por el misterio del Verbo ha brillado a los ojos de nuestra alma un nuevo resplandor de, tu gloria, para que, conociendo a Dios bajo una forma visible, seamos atraídos por el amor de Las cosas invisibles. Y por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejercito celestial cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar:

COMMUNICANTES

COMMUNICANTES et diem sacratissimum (*en la misa del gallo se dice: noctem sacratissimum*) celebrantes, quo (*qua*) beatae Mariae intemerata virginitas huic mundo edidit Salvatorem: sed et memoriám venerantes, in primis ejusdem gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi: sed et ...

Unidos en una misma comunión y celebrando el día sacratísimo (*en la misa del gallo se dice: la noche sacratísima*) en que la bienaventurada María, conservando su virginidad, dio al mundo el Salvador, veneramos la memoria, primer lugar, de la gloriosa siempre Virgen María, Madre mismo Dios y Señor nuestro Jesucristo; y también ...

Ps. 97: 3

VIDÉRUNT omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

COMUNIÓN

Vieron todos los confines de la tierra la salvación de nuestro Dios.

POSCOMUNIÓN

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor: Qui tecum vivit et regnat.

Concede, te rogamus, oh Dios omnipotente, que habiendo nacido hoy el Salvador del mundo, así como es para nosotros el autor de la generación divina, sea El también el dador de la inmortalidad. El cual vive y reina.

PROPRIO DE LA MISA NATIVIDAD DE NUESTRO SEÑOR

Misa del Día

Isaias 9: 6; Ps. 97, 1

INTROITO

PUER natus est nobis, et fílius datus est nobis: cujus impérium super húmerum ejus: et vocábitur nomen ejus, magni consilii Angelus. *Ps.* Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit. *V.* Glória Patri.

Un Niño nos ha nacido, y un Hijo se nos ha dado; el cual lleva sobre sus hombros el principado; y será su nombre: Angel del gran Consejo. Salmo. Cantad al Señor un cántico nuevo; porque hizo maravillas. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

CONCÉDE, quæsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitatis líberet; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Concede, te rogamus, oh Dios omnipotente, que la nueva Natividad, según la carne, de tu Unigénito, nos libre a los que la antigua servidumbre nos tiene bajo el yugo del pecado. Por el mismo Jesucristo.

Heb. 1: 1-11

EPÍSTOLA

MULTIFÁRIAM, multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis: novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constituit here-dem universórum, per quem fecit et sæcula: qui cum sit splendor glóriæ, et figura substántiæ ejus, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad dexteram majestátis in excélsis: tanto mélior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditávit. Cui enim dixit aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu, ego hódie génuí te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in fílium? Et cum íterum introducit

Muchas veces y de muchas maneras habló Dios antaño a los Padres por los Profetas. Pero en estos últimos días nos ha hablado por su Hijo, al que constituyó heredero de todo, por quien hizo también los siglos: el cual siendo el resplandor de la gloria, y la figura de su substancia, y sustentándolo todo con la palabra de su poder, habiendo hecho la purificación de los pecados, está sentado a la diestra de la Majestad en las alturas: hecho tanto más excelente que los Angeles, cuanto que heredó más excelente nombre que ellos. Porque ¿a quién de los Angeles dijo jamás: Tú eres mi Hijo, Yo te he engendrado hoy? Y

primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exultationis præ participibus tuis. Et: Tu in principio, Dómine, terram fundásti: et ópera mánuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanébis; et omnes ut vestiméntum veterascent: et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Ps. 97: 3-4, 2

VIDÉRUNT omnes fines terræ salutáre Dei nostri: jubilate Deo, omnis terra. *V̄*. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit justitiam suam.

Ps. 2: 7

ALLELÚIA, allelúia. *V̄*. Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram.

Jn. 1: 1-14

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in

otra vez: Yo le seré a El Padre, y El me será a Mí Hijo? Y otra vez, cuando introduce al Primogénito en la redondez de la tierra, dice: Y adórenle todos los Angeles de Dios. Asimismo a los Angeles dice: El que hace a sus Angeles espíritus, y a sus ministros llama de fuego; mas al Hijo le dice: Tu trono, oh Dios, permanecerá por los siglos de los siglos: vara de equidad es la vara de tu reino. Amaste la justicia y aborreciste la iniquidad: por eso te ungió Dios, el Dios tuyo, con óleo de alegría con preferencia a tus compañeros. Y: Tú, Señor, en el principio fundaste la tierra: y obra de tus manos son los cielos. Ellos perecerán, mas Tú permanecerás, y todos se envejecerán como un vestido: y como un manto los mudarás, y quedarán mudados: mas Tú eres el mismo, y tus años no fenecerán.

GRADUAL

Vieron todos los confines de la tierra la salvación de nuestro Dios: Canta a Dios, toda la tierra. *V̄*. El Señor manifestó su Salvador: ante las naciones descubrió su justicia.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V̄*. Un día santo nos ha amanecido: venid, gentes, y adorad al Señor; porque hoy ha bajado una gran Luz a la tierra. Aleluya.

EVANGELIO

En el principio existía ya el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios. El estaba en el principio en Dios. Por El fueron hechas todas las cosas: y sin El no se ha hecho cosa alguna de cuantas han sido hechas: en El estba la vida, y la vida era la luz de los hombres: y esta luz

ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joáannes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut te-stimónium perhiberet de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mun-dum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt; Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. [*Hic genuflectitur.*] Et verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, et glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátie et veritátis.

Ps. 88:12, 15

TUI sunt cœli et tua est terra: orbem terrarium, et plenitúdinem ejus tu fundásti: justitia et judicium præparatio sedis tuæ.

OBLATA, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui nativitate sanctifica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúmdem Dóminum.

resplandece en las tinieblas; pero las tinieblas no la han recibido. Hubo un hombre enviado de Dios, cuyo nombre era Juan: este vino como testigo para dar testimonio de la luz, a fin de que por él todos creyesen. El no era la luz, sino el que había de dar testimonio de la luz. Era la luz verdadera, que alumbra a todo hombre que viene a este mundo. En el mundo estaba, y el mundo fue hecho por El, ¡mas el mundo no le conoció! ¡Vino a los suyos, y los suyos no le recibieron! Pero a todos los que le recibieron, que son los que creen en su nombre, dióles potestad de llegar a ser hijos de Dios: los cuales nacen, no de la sangre ni de la voluntad de la carne, ni de querer de hombre, sino que nacen de Dios. Y el Verbo se hizo carne, [*Aquí se arrodilla.*] y habitó entre nosotros: y nosotros hemos visto su gloria, gloria cual el Unigénito debía recibir del Padre, lleno de gracia y de verdad.

OFERTORIO

Tuyos son los cielos y tuya es la tierra: la redondez de la tierra y cuanto contiene, Tú lo cimentaste: la justicia y la equidad son el apoyo de tu trono.

SECRETA

Santifica, Señor, los dones ofrecidos en la nueva Natividad de tu Unigénito: y límpianos de las manchas de nuestros pecados. Por el mismo Jesucristo.